

Sächsische

3

A

5180

Landesbibl.

404

L. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

SALGAMO,

De
Servitio der **Soldaten**

QUAM
AUSPICIO DIVINI NUMINIS

EX DECRETO

MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

IN ILLUSTRISALANA
PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO
AC CONSULTISSIMO

DN. CHRISTIANO VVILDVOGEL,

ICTO CONSUMMATISS. SERENISS. DUCUM SAXO-
VINARIENS. CONSILIARIO, ANTECESSORE IN HAC
SALANA CELEBERR. CURIÆ PROVINC. ET FA-
CULT. JURID. NEC NON SCABIN.

ASSESS. GRAVISS.

DOMINO AC PATRONO SUO MAXIME COLENDO
IN AUDITORIO ICTORUM

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES, PRIVILEGIA
ET IMMUNITATES DOCTORALES OBTINENDI
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOH. CHRISTIANUS Schramm/

BUDISS. LUSAT.

AD DIEM IX SEPTEMBR. M. DC. XCVI.
HORIS ANTE-ET POMERID.

JENÆ. LITERIS GOLLNERIANIS,

N. 501

ADICIA
V I R O
ILLUSTRI, EXCELLENTISSIMO ATQVE
CONSULTISSIMO
DN. JOH. AEGIDIO
ALEMANNO,

Jcto consummatissimo, Serenissimi atqve Potentissimi
Elect. Saxon. Consiliario Aulico, nec non Rerum
Metallicarum longè celeberrimo,

ut &

V I R O
EXCELLENTISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO
DN. JOH. LUDOVICO
NICOLAI,

Jcto famigeratissimo, Sereniss. atq; Potentiss. Elect. Saxon.
nec non Serenissimor. Ducum ac Principum Saxon.
ad Causas Juliacenses & Clivenses Consi-
liario Splendidissimo,

PATRONIS SUIS OPTIMIS MAXIMIS,

cum Voto

*Exoptatissimi consiliorum successus,
omnigenaevè prosperitatis*


ADICIA
DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM
in devoti animi Symbolum, ac Studiorum
suorum commendationem

humillimâ mente,
manuqvè subjectissimâ
D. D. D.

addictissimus Cliens

JOH. CHRISTIANUS Schramm

Sächsische
Landesbibliothek
6. MRZ. 1873
Dresden



PRAEFATIO.

Nter omnes omninò constat, hodiè vix ac ne vix quidem aliquod suppeditari Juris argumentum, quod à Viris solidâ eruditione clarissimis ac præstantissimis, eâ, quâ par est, industriâ, jam non sit elaboratum, atque cum orbe literario communicatum; Hinc concessâ mihi ab Illustri ac Magnifico J.Ctorum Ordine in Almâ hâc Salanâ pro Gradu disputandi Licentia, non abs re dubio mecum pensitavi animo, quâ de re Disputationis Inauguralis locò esset differendum. Varias tamen ac elaboratione maximè dignas se se obtulisse materias, liberè fateor, è quibus impræsentiâ consilio ac suâsu Viri Cujusdam Excellentissimi, Patroni mei gravissimi, thema hoc *de Salgamo* delineandum selegi, tum, quod à nemine, quantum scio, hætenus sit, pertractatum: tum, quod utilitate non destituatur: tum maximè, quod seculo moderno conveniat, & ferè ubique sit introductum. Tu verò, B.L. laborem huic argumento impensum, quod in quâlibet ferè regione aliter se habet, & ex Ordinationibus militaribus aut Rescriptis Principum quàm maximè petendum ac cognoscendum est, æqui boniquè consulas. Faxit DEUS T. O. M. ut cuncta cedant feliciter !

A 2


SE-

C. D.
SECTIO I.
GENERALIA DE SALGAMO

pertractans.
SUMMARIA.

1. Etymologia voc. Salgami.
2. Ejusd. Synonym.
3. Voc. Service Etymol. & Synon.
4. Quid Jure Rom. signif. Salgammum.
5. 10. 14. 15. Jure Rom. Salgammum erat prohibitum.
6. 7. Autores l. un. C. de Salg. hosp. non prest. traduntur.
8. Verba istius Constitutionis.
9. Explicatio ejusd. Constitut.
11. Spontanea oblatio prohibetur.
12. Confirmatur ratione
13. ac lege.
16. Moribus Salgammum militibus datur.
17. An quis hospitacione ac prestatione Salgami simul possit onerari?
18. Neg.
19. Decisio nostra.
20. Descriptio Salgami.

§. I

1.  ALGAMI vox, si Etymologiam ejus consideremus, maximam partem natales suos debere videtur vocabulo SAL, quasi res Sale conditas denotet, ita ut ultima syllaba gamum sit saltem productio flexionis; Alii hanc vocem deducere conantur à Sale & græco γάειν, quod facere significat, ut sit quasi Sale confectum: Alii à Sale & γάειον, quasi Sali connuptum dicas aut copulatum. Jctus tamen ille νογυφασίοντα] & OTTO TABOR in Tr. de metat. & Epid. P. 2. c. 5. n. 9. hujus vocis Etymologiam nec Grammaticos nec Jctos satis exposuisse putat.

2. §. II. Significat igitur Salgammum juxta propriam vocis notationem nihil aliud quàm conditaneum alimonium in vasis, ut sunt mala, pyra, ficus, uvæ, rapæ, cucumeres, aut alii ejusmodi fructus, quos propterea vulgò Salades, Germ. Salat dicimus. CAROL DU FRESNE, Glossar. Latinit. verb. Salgammum. Unde & Salgamarum, qui Salgama condiebant & vendebant COLUMELLÆ memorantur lib. 1. cap. 44. & SALVIANO lib. 4. ad Eccles. Cathol. Quò etiam refero, quod idem COLUMELLA habet, quando Carmin. lib. 10. ita canit:

Tem-

Tempore non alio vili quoque Salgama merce
Capparis & tristes inula feruleque minaces
Plantantur. ——— ——— ———

Nec non quod apud AUSONIUM legitur :

Salgama non hoc sunt quod balsama, cedit odores.

vid. ALCIAT. ad l. un. C. de Salgam. hosp. non prest.

§. III. Respondet huic vocabulo *Salgami* gallica vox *Service*,
ut sit quasi *inserviens* victui militum. Quam vocem postmodum
Germani in suam transtulerunt linguam, quippe apud quos notissi-
ma & frequens est appellatio *des Servies*/ quando id, quod Gallis
Service dicitur, exprimere volunt. Anglis audit *Set*, quasi ein *Ge-
setes*/ ein *Deputat*. vid. GUY MIEGE *Dictionary lit. S.* Plura peti
possunt ex Lexicographis Gallicis, imprimis P. PHILIBERT MONET,
*de la Compagn. de Jesus dans l'Abregè du Parallele des Langues Fran-
coise & Latine*, it. *Dictionnaire Royal de Mr. POMAY*.

3.

§. IV. Ad proprium tamen vocabuli hujus usum quod attinet,
novimus in Jure Romano *Salgami* appellatione venire ea, quæ ad
condiendum victum valent, veluti oleum, sal, piper, & similia neces-
saria. GOTHOFR. ad tit. C. de Salgam. hosp. non prest. Et sic non i-
psi cibi aut esculenta condita eodem denotantur, sed illud tantum
sine quo cibi parari nequeunt, quodve propterea milites Romani
ab hospitibus sibi præberi postulabant atque exigere solebant. CAROL.
DU FRESNE. *Glossar. cit. loc.*

4.

§. V. Quamvis autem primitus apud Romanos hic mos inva-
luerat, ut militibus à suis hospitibus condimenta ista ciborum & vi-
ctus exigere liceret, id tamen postea ab Impp. mutatum, ac severè
fuit prohibitum, ne milites tam summi quàm infimi ordinis
ultra constituta stipendia ac nudam habitationem, vulgò
das Obdach/ quicquam ab hospite sive cœnatici sive *Salgami* nomi-
ne exigent. PETR. GREGOR. *lib. 8. Synt. Jur. cap. 20. n. 6.* ita ut ne
quidem condimenta, licet vilissimi pretii, iisdem petere liceret.
*Sie müßten mit dem bloßen Logement zu frieden seyn / und
dürfften darüber in geringsten nichts fordern/ ceu patet ex l. un. C.
de Salg. hosp. non prest.*

5.

§. VI. Primi hujus Constitutionis Autores perhibentur Impp.
Constantius & Honorius, quorum Lex hæc de re promulgata primo
loco extat in Codice Theodosiano sub Tit. *de Salgamo hosp. non prest.*

6.

7. Jacobus tamen Gothofredus Edictum illud Constanti Imp. tribuit, quod is *ad Provinciales*, si non omnes, saltem *Campania* emiseric.
8. Ita verò ille edicit: *Quicumque propria voluntate, eum quem domum receperit, necessariis rebus, (oleo & ligno, aliisque hujusmodi) voluerit adjuvare, facultatem sibi istius rei sciat esse concessam. Quod si quis contra interdictum nostrum, eadem ipsa à vobis violenter voluerit usurpare, interpellandi Præpositum habebitis copiam, de quâ injuriâ conquerendi liberam facultatem; ut nec spontanea in vobis humanitas retardetur, nec contra voluntatem vestram ac Patronorum vestrorum familiaris res adteratur.* Scilicet spontaneam liberalitatem & humanitatem, uti vocatur, hâc in lege permittunt Impp. Provincialibus, modò non violenter aliquid usurpetur aut extorqueatur à militibus metati jure. Quam disciplinæ militaris speciem quoque Pescennius Niger observavit, de quo Spartianus scribit: *Nunquam sub eo miles provinciali lignum, oleum, operam extorsit.* Ut & Aurelianus Tribunus, postea Imperator, quando Vicario suo ap. Vopiscum ita mandat: *Manus militum contine: oleum, sal, lignum nemo exigat, annonâ suâ contentus sit: de præda hostis, non de lacrymis provincialium habeat.*

§. VII. Licet autem humanitati provincialium hâc in lege permixtum fuerit, utrum milites necessariis istis rebus adjuvare velint, ea tamen spontanea præbitio seu oblatio aliquando prohibita; veluti patet ex *l. 2. C. Theod. de met. & l. un. C. Just. d. t.* ideò, quod impressionis & violentiæ semper suspicio suberat, quam antevertisse spontaneâ oblatione seu ultroneâ præbitione miser provincialis credebatur, & quod miles, quamvis vim apertam non intentet, solo tamen militaris nominis terrore atque obtentu vim quandam inferre videretur, JAC. GOTHOFR. *ad d. l. 1. C. Th. pr.*

§. IIX. Secutus postea hoc Edictum Imperator Constantius in *l. 2. C. Th. d. tit.* in hæc verba Leontio P. P. rescribens: *Ne quis Comitum, vel Tribunorum, aut Præpositorum, aut Militum nomine, culcitas, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus, nec invitis vel Magistratibus, vel hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferant: Sed Provinciales sint nostri ab hâc præbitione securi: Comitibus, Tribunis, vel certè Præpositis militibusq; gravi vexationi subjacentibus.* Ex quâ quidem lege desumpta & interpolata à Triboniano est *l. un. C. Just. eod. tit.* ubi *Salgami* expressa mentio facta, quod tamen vocabulum in primitivo textu haud legitur, ac deinde *nec volentibus hospi-*

hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferre prohibetur, *d. l. un.* cum tamen in Cod. Theodosiano saltem *invitis* aliquid extorquere interdicitur.

§. IX. Clariorem *Salgami* mentionem fecêre Valentinianus, Theodosius & Arcadius A A A, in Constitutione suâ ad Abundantium, Stilichonem & cæteros Comites utriusque militiæ emissâ, quæ extat in *l. 3. C. Th. cit. tit.* sequentibus verbis: *Nemo militans à suo hospite SALGAMI aliquid nomine postulet, id est, ne lignum, aut oleum culcitæve postulantur.* Quâ ipsâ quoquè lege Impp. laudatissimi provincialium securitati & indemnitati consulere voluerunt adversus iniquas militum exactiones, quas circa annonam præcipuè perpetrare erant soliti.

§. X. Tandem Honorio & Theodosio eandem Constitutionem denuò renovare visum fuit in *l. 4. C. Th.* ubi Aureliano in hunc modum rescribunt: *Nemo eorum, qui per quaslibet ædes habitaculi causa recepti fuerint, vel oleum & ligna flagitare contendat: nam & sic Militibus nostræ sufficient largitates, & conlatoribus annona (sive annua) tantummodò semper imminebit indictio.*

§. XI. Ut ut verò hæc ita ab Impp. Romanis ex singulari Zelo & prudentia saluberrimè fuerint sancita, moribus tamen nostris ab iisdem recessum novimus, ita ut hospitatio militum cum erogatione sumtuum & præstatione *Salgami* ut plurimum sit conjuncta, militibusque insimul *Salgamum*, *der Servies* / ligna nim. sal, piper, candelæ, acetum, lectus, &c. subministrari necessum sit. SCHVED. *Introd. Jur. Publ. P. S. Sect. 1. c. 26. §. 6. inf.* Quid autem in Electorat. Saxon. & Brandenb. ac passim nomine *Salgami* militibus sit præstandum infra in *Sect. 2. c. 1.* pluribus dicendi erit locus.

§. XII. Utrum verò consuetudo ista, quâ is, qui hospitationem militarem sustinet, præstationem quoque *Salgami* aut pensitationem pecuniæ, ob hanc aliàs imponi solitam sufferre debet, justitiæ regulis conveniat? non immeritò disquiritur. Iustus ille cordatus & Justitiæ vindex, DAVID MEV. *P. 6. D. 169* statuit, quod pensitatio illa onus hospitationis seu vice hujus sit, ideoquè hanc sustententem non debere illâ gravari, cum duplicato onere nemo sit afficiendus. *l. 30. ff. de Jurejur.* Licet autem excellentissimi hujus Viri sententia Juri & æquitati quàm maximè sit conveniens, ac ubivis meritò servanda; videmus tamen passim contrarium obtinere, ut hinc potius ad

14

15.

16,

17.

18.

19.

ad

ad Rescripta & Ordinationes militares respiciendum esse arbitremur. Sic in quibusdam locis Electoratûs Saxon. militibus ab hospite ultra hospitationem etiam Salgamum *Der Service* datur: in aliis verò solâ hospitatione debent esse contenti. Dresdæ militi Salgamum debetur, sive hospitium ipse inhabitet, sive aliud sibi procuret, quinimò illi hoc casu majus pretium solvitur, ac isto, quod ex Rescripto Elect. infra citando satis constat.

20. §. 13. Sed liceat nunc nobis Salgami Descriptionem Juridicam magis, quàm Logicam exhibere, & dicere, quod SALGAMUM sit *portio quædam rerum ad victum pertinentium militibus ab hospitibus suis singulis mensibus præstanda.*

SECTIO II. SPECIALIA SALGAMI

continens

CAPUT I.

DE OBJECTO SALGAMI.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| <p>1. <i>Oleum & lignum an Salgami nomine veniat?</i></p> <p>2. <i>an Culcitæ?</i></p> <p>3. <i>an Sal?</i></p> <p>4. <i>an acetum?</i></p> <p>5. <i>an Cœnatica?</i></p> <p>6. <i>num Balnea?</i></p> <p>7. <i>num Scorta & Meretrices?</i></p> <p>8. <i>Neg.</i></p> <p>9. 10. <i>Quid moribus Salgami nomine veniat?</i></p> <p>11. <i>Quid in Elect. Saxon.</i></p> | <p>12. <i>ac in Elect. Brandenb.</i></p> <p>13. <i>nec non in Galliâ?</i></p> <p>14. 15. <i>Nomine der Lagerstädt u. Zette / quid dicatur?</i></p> <p>16. <i>De aliis Speciebus remissivè.</i></p> <p>17. <i>Milites ultra Salgamum nihil exigant.</i></p> <p>18. <i>Confirmatur id ex Ord. milit. Saxon.</i></p> <p>19. <i>ac Brandenb.</i></p> <p>20. <i>Differ. inter Salgamum majus & minus traditur.</i></p> |
|---|---|

§. I.

SALGAMI nomen quidnam propriè denotet, ex jam dictis satis patet. Quænam verò res speciatim sub Salgamo antiquitus fuerint comprehensæ, curatius paulò jam perpendemus. Et primo quidem loco *oleum & lignum* à militibus Salgami nomine fuisse postulata,

stulata, ex *l. 1. C. Th. d. Salgam, hospit. non prest.* discimus, ita tamen ut hæc non suffecerint, sed plures præterea res à militibus fuerint exactæ, præcipit quippe Imp. in *cit. leg.* ut si quis oleo & ligno aliisque hujusmodi necessariis eum voluerit adjuvare, quem domum receperit, facultas ejus ipsi sit concessa.

§. II. Ligno & oleo *Culcitas* addit jam laudatus Imperator, in *l. 2. C. Th.* sive ut in *l. un. C. Just. d. t.* legitur, *Culcitas, Hauptfüßen u. Betten* / quas tamen Salgami titulo hospitibus extorquere sub interminatione gravis vexationis sive poenæ interdictum, *d. l.* Atque sic ad eas quoque res, quæ prodigæ non sunt, id est, quæ utendo non statim consumuntur, prohibitio fuerit extensa. Repetierunt hanc de olei, ligni & culcitarum præbitione Constitutionem augustissimi Imp. *Valentinianus, Theodosius & Arcadius* in *l. 3. & 4. C. Th. d. tit.* Quod quidem, ad *Culcitas* quod attinet, ideò videtur constitutum, ut non tantùm miles ad duritiem atque fortius sustinendum labores componatur, sed & ne misera plebs culcitris suis defraudetur, sed post diurnos & diuturnos labores quietè dormire possit. JACOB. GOTHOFR. *ad d. l. 2. C. Th. cit. loc.*

§. III. Licet autem *Salis* in his legibus nulla fiat mentio, procul dubio tamen & hoc sub appellatione Salgami venit, cum apud *Vopiscum* legatur, Aurelianum prohibuisse, *ne oleum, SAL aut lignum quisquam exigat.* *Supr. Sect. I. §. 6.*

§. IV. *Acetum* porrò, nec non in universum omnes res ad vitæ apparatus necessarias nomine Salgami fuisse comprehensas, docet JAC. GOTHOFR. *ad l. 3. C. Th. d. Salgam.*

§. V. Neq; tamen militaris licentia postulatione cibariorum istorum ac specierum contenta fuit, quin & alia subinde peteret, quæ ad commodiorem sustentationem facere aut saltem voluptati inservire possent. Hinc integras epulas, aut saltem illarum loco certam pecuniam, quæ *Cœnatici* nomine veniebat, exigere moris erat, quod tamen unà cum Salgamo severè prohibere visum fuit Imperatoribus, in *l. 3. C. Just. & l. 12. C. Th. d. erogat. milit. annon.* quando grave atque inusitatum *Cœnaticorum* nomen abolent, jubentes ne quisquam tale quid à provincialibus accipere audeat.

§. VI. Quò etiam pertinet, quod de *Balneis* aut lavacris dispositum in *l. un. C. ne rei milit. comit. lavacr. prest.* Omnem enim inquietudinem à curiis & civitatibus prohibere cupientes gloriosis-

fimi Impp. præcipiunt, ne ulla privata ab his succendantur balnea ad Tribunorum, vel ducum, aliorumve militarium comitum usus: quoniam scil. in publico hi lavari poterant, & flumina ipsa militibus pro lavacro esse debebant, *l. 13. C. Tb. de re milit.*

7. §. VII. Illud verò nimis iniquum erat, quod Milites ab hospitibus suis sæpius exigere solebant, nimirum *Scorta & Meretrices*, quasi ad corporis sustentationem aut hospitalionis commoda id pertineret. Sed & huic intemperantiæ atque lasciviæ obviam iverunt Impp. laudatissimi, in *l. 6. C. d. metat. & epid.* jubentes, ut *infau- sta hospitalitatis præbitio* tollatur. Hisce enim verbis prohibitum fuisse, ne *Scorta* ab hospitibus petantur, GOTHOFR. putat *ad d. l. 6. n. 1.* Quamvis Græcus Scholiastes illa ita interpretetur, *si petatur, ut hospites strigillent equos, aut sabana* sive linteos conferant ad absterfionem in balneis necessarios. JAC. GOTHOFR. *ad l. 12. C. Tb. d. metat.* Ipse tamen GOTHOFR. *cit. loc.* verba ista de omni illicitæ exactiõnis genere intelligit, quod sibi commeantes vel ad annonam, vel ad capitum seu pabulum animalis præberi jubebant & more improbato exigebant.
9. §. IIX. Hæc igitur *Salgami* & hospitalionis titulo ac prætextu à militibus quondam fuerunt postulata, eademvè postulari atque exigi prohibita. Moribus hodiernis, qui præstationem *Salgami* plerisque in locis ab orco quasi reduxerunt, reductæ quoque sunt, ac hospitibus illæ ipsæ species præstari rursus impositæ, quæ antiquis temporibus *Salgami* nomine veniebant, ita ut sub eo, *Dem Soldaten Servies* hodiernum comprehendatur *Sal, Lignum & Oleum*, nec non *Culcitra, Salz/ Holz/ Licht und Bette* oder *Lagerstatt*.
10. Quin & auctus fuit numerus specierum, additumque *Acetum & Piper, Esig und Pfeffer* / unà cum *habitatione* sive *Dem Obdache* / licet hæc ad hospitalionem sive *metata* propriè pertineat, ac *Salgammum* ejus quasi habeatur accessorium. Conjugi hinc ipsa hæc videmus in Potentissimi Electoris Saxonici *Ordinat. militari* §. 7. ubi hæc leguntur verba: *Die Servicen vor die Gemeinen sollen in Obdach/ Salz/ Pfeffer/ Esig/ Licht/ Holz und Bette bestehen/ ein mehrers aber nicht gefordert werden/ &c.* ubi §. 8. habetur, quid singulis mensibus nomine *Salgami* debeatur, & quanti æstimandæ sint singulæ species, si in naturâ non exhibeantur ab hospitibus.
12. §. IX. Pauciores species ad *Salgammum* relatas legimus in *Edict. milit.*

milit. Brand. §. 3. nimirum: Salz/ Licht/ Feuer und Lagerstädt/ quas omnes tamen in Edicto, quod inscr. die Interims Ordonance de Anno 1684. §. 1. et 5. penitus abrogare placuit Potentissimo Electori, constituenti: daß dasjenige / was die Milice in denen Quartieren an Servicen / theils in naturâ an denen in voriger Ordonance specificirten Stücken / theils auch an Gelde genossen / nunmehr gänzlich aufgehoben und abgeschaffet seyn solle. Quæ in Galliâ ratione Salgami sint præstanda, peti possunt ex Ordin. milit. moderni Regis LUDOVICI XIV. de dato Paris. d. 22. Nov. 1665. §. 2. seqq.

13.

§. X. Nomine der Lagerstädt und Bette quid intelligatur, etiam explanant Rescripta militaria. In dicta enim *Ord. mil. Elect. Sax. §. 7.* hæc habentur: Damit der Soldat seine Montirung schonen könne/ soll der Wirth Ihn mit einem Bette / so gut er es selbst hat/ oder beyzubringen vermag/ versehen/ & paulò post: Es soll der Wirth gehalten seyn dem Einquartirten / nach der Gelegenheit seines Hauses / einen solchen Ort zur Lagerstädt an zu weisen/ daß er sich behelffen / und sonderlich im Winter vor Kälte retten könne. Quod etiam *Elect. Brand. iisd. ferè verbis in d. Edict. §. 5.* nec non in *d. Ordin. §. 4.* constituit: die Soldaten haben sich auch mit dem Bettzeug und Lager/ so gut es der Wirth geben kan/ zu vergnügen/ und denselben darüber er/ oder zu Verschaffung bessern Bettgewands nicht zu molestiren oder zu zwingen.

14.

15.

§. XI. Reliquas species, ut longius exponamus, supervacuum esse putamus, cum quid per *Sal, acetum, lignum ac oleum* intelligatur, cuius notum sit. Illud saltem notamus, quod licet moribus hodiernis Salgami præstatio prægnantissimas ob causas hospitibus imponatur, haud tamen permissum sit militibus ultra id, quod in *Ordin. milit. præscriptum*, aliquid ab hospitibus suis Salgami nomine exigere. Expresse enim hoc prohibitum à *Sereniss. El. Saxon. in d. Ordin. milit. §. 7. in f.* Es ist kein Wirth schuldig hierüber ein mehrers zu geben/ &c. Nec non ab *Elect. Brand. in d. Edict. §. 3.* verb: Sie sollen darüber nichts von denen Unterthanen / unter was vor *prætext* es auch seyn möchte / erzwingen noch erpreßen. Et paulò post: Wenn das Geld vor die *Servicen* bezahlet wird/ so haben die *Officirer* über deme weder Holz/ Licht/ Bette/ Leingeräthe/ &c. und sonst etwas zu *præstendiren* / weniger aber dafür ein gewisses an Gelde zu fordern / sondern müssen sich an den bloßen

16.

17.

18.

19.

Quartier/ Lägerstädt und Stallungen beynügen lassen. Et §. 6. kein Officier oder Soldat kan seinen Wirth zwingen sich oder sein Gesinde zu speisen.

20,

§. XII. Sed nec hoc dissimulare volumus, quibusdam locis hodiè receptam esse differentiam inter Salgamum *majus* & Salgamum *minus*, der kleine und große *Service*, ita ut ad illud nil nisi *acetum*, *piper* & *Sal* pertineat, ad hoc verò reliquæ species connumerentur, prout discimus ex diversis Principum Ordinat, milit.

CAPUT II. DE HIS, QUIBUS PRAESTAN- DUM EST SALGAMUM.

SUMMARIA.

- | | |
|--------------------------------------|--|
| 1. Militibus præstandum est Salgam. | 10. Quid in Galliâ? |
| 2. Num omnibus indifferenter? | 11. Quid in El. Brandenb. |
| 3. Quid Jure El. Brand. obtineat? | 12. Num infirmitate corporis laborantibus? |
| 4. 5. Jure El. Saxon. distingu. | 13. Affirm. |
| 6. Num absentibus militibus? | 14. Comparatio cum Advocatis. |
| 7. Affirm. | 15. Limitatio additur. |
| 8. Distingu. rectius. | 16. Contraria sententia refutatur. |
| 9. Quid in El. Sax. sit constitutum. | |

§. I.

1. **N**unc justo ordine Personas quibus præstandum est Salgamum, & à quibus præbeatur, considerabimus. Ad Priores quod attinget, nulli alii hi sunt, quàm Milites, quippe quibus hodiè præstandum esse Salgamum, *Service*, in antecedentibus diximus. An verò
2. omnibus indifferenter? Absolutè id affirmari non potest, sed maximam partem ex Ordin. milit. cujuslibet loci est petendum. In
3. Elect. namque Brandenb. expressè ab Elect. in *Edict. milit. de dato d. 6. Oct. 1665. §. 2.* constitutum: *Kein Officier bekommt jemahls Service.* vid. *Hoyer in not. ad Jus milit. Brand. t. 2. §. 53.* In Elect. verò
4. Saxon. hæc distinctio passim observatur, ut Officialibus majoribus denen OberOfficieren/ (in quorum numero sunt der Capitain oder Hauptmann / Lieutenant, Fändrich) regulariter nullum detur Salgamum, per verba *Ordin. milit. JOH. GEORG. IV. de Anno 1692. d. 1. Jan.*

Jan. §. 3. Sie bekommen keinen *Servis* / denn Ihnen beschiehet
nebst ihrer *gage* wegen ihrer *Quartire* anderweitige *Satisfaction*.
Officialibus verò minoribus, denen UnterOfficirern / (quò referun- 5.
tur *Sergeanten* / *Gefreyter Corporal*, *Fourirer* / *Muster-Schreiber* /
Capitain d' armes, *Feldscheerer* / *Corporal* / *Tambour* / *Gefreyter* /)
ac militibus gregariis Salgamum omninò debetur, prout etiam in
d. Ordin. milit. §. 2. dispositum: die UnterOfficirer sollen mit dem
geordneten *Service* sich befriedigen / und was Sie davon nicht in *na-*
turá empfangen / *Ordonanzmäßig* und höher nicht bezahlet neh-
men; quod etiam Modernus Sereniss. Elect. Saxon. FRIDERICUS
AUGUSTUS, quem Deus Clementissimus sospitem ac incolumem diu
servare velit, in Rescripto ad Senatum Dresdensem *de dato* in Keyser
Carls *Bade* / *d. 20. Maji, 1695.* constituit.

§. II. Num etiam absentibus militibus Salgamum sit submi- 6.
nistrandum, quæri posset? Affirmativa ex eo videtur verior, quod 7.
absentia in dubio præsumatur justa ac legitima, *arg. l. 51. ff. pro socio*,
idque in specie probat *l. 28. §. 5. pr. ff. de Fideic. libert. add. MENOCH.*
de Præsumt. l. 6. præf. 20. n. 1. seq. ubi n. 3. & 4. limitat. habet. Verùm 8.
sub distinctione rem potius expediendam esse putamus. Aut enim
milites absunt sine licentiâ, & hoc casu illis planè nihil debetur:
aut verò cum imperio Capitanei vel de licentia Superioris, & tunc
Salgamum ipsis omninò præstandum est, quia adesse videntur, non
abesse, qui de licentia Superioris absunt, ut inquit BALD. in *l. Hâc lege*
14. C. de Prox. Sacr. Scrin. PETR. SURD. Cons. 42. n. 2. seq.

§. III. Quod etiam innuit Sereniss. El. Sax. in *Ord. milit.* §. 7. 9.
verb; denen so auf Arbeit / *Execution* / oder sonst *commendiret* oder
beuhrlaubet / werden die *Quartiere* aufgehalten / und der kleine
Service / nehmlich *Ëßig* / *Pfeffer* und *Salz* bezahlet. Rex Gallia 10.
verò modernus in *d. Ord. milit.* §. 1. *seqq.* præsentibus saltem militibus
istud distribuendum esse expressè constituit; daß die Lebens-Mittel
(*Service*) solten gegeben werden denen / so gegenwärtig und *effecti-*
vè auff den Fuß / &c. Quo cum facit El. Brand. in *d. Edict. milit.* §. 4. 11.
Es sollen keine *Quartiere* / als auf die so würcklich in Diensten
begriffen und vorhanden sind / gegeben werden.

§. IV. Quid verò de militibus infirmitate corporis laboranti- 12.
bus dicendum? Istis illud deberi, etiam durante infirmitate corpo- 13.
ris, æquius videtur, ex eò, quod servire nihilominus dicantur isti,
quos curamus ægros, ac qui servire cupientes propter adversam

- valetudinem impediuntur. *l. 4. §. 5. ff. de Statu liber.* BARTOL. *in l. 19. §. 9. ff. locat.* ABB. *in c. 1. X. de Cler. agrot.* Idque ad exemplum Militum togatorum *in l. 14. C. de Advoc. divers. Judic.* qui licet casu quodam impediti non possint res Clientis gerere, tamen ipsis debetur salarium *arg. d. l. 4. §. 5. SPECULAT. tit. de Salar. §. 3. n. 9.* Imò salarium annuum in genere constitutum integrum Advocato est solvendum, etiamsi parum vel nihil operæ præstiterit Clienti suo; modò non steterit per istum, quò minus causam ageret, *juxta l. 38. §. 1. ff. locat.* Cùm idem ferè sit operas præstitisse, vel per eum non stetisse, quò minus præstaret. *l. 39. l. 161. ff. de R. J. l. 24. ff. de cond. & demonstr.* CARPZ. 3. *Resp. 2. §. 6. seq.* VIV. *Com. Opin. 201.* SPECKHAN. *Cent. 2. q. 42.* JAC. SCHULT. *P. 1. q. 5.* COLER. *1. Dec. 20. n. 8.* MEV. *P. 3. Dec. 144. n. 11.*
14. §. V. Neque huic sententiæ obstat, quod, diminutò labore, etiam diminuendum sit salarium, *juxta l. 10. pr. ff. de ann. leg.* JOH. BAPT. COSTA, *de rat. & quot. q. 13. n. 3.* Hoc enim saltem procedit quoad artifices & operarios, quibus merces debetur ob solos labores & operas: Advocatis verò non tantùm ratione operarum, sed & scientiæ ac intellectus salarium promittitur. Quando igitur unius rei duæ dantur causæ, tunc, cessante licet unâ, non tamen cessat altera, *per §. 6. §. 7. de nupt. l. 2. ff. de Cond. caus. dat. l. 11. §. 1. ff. de his qui not. infam.* SERAPHIN. *de SERAPHIN. de Privileg. Juram. Priv. 100. n. 8. p. m. 496.* TIRAQUELL. *in Reg. Cessante causa &c. limit. 22. n. 1. seq.*

CAPUT III.

DE HIS A QUIBUS SALGAMUM EST PRÆSTANDUM.

SUMMARIA.

- | | |
|---|--|
| 1. Connexio materia. | 6. Quorum opinio refutatur. |
| 2. Possessores ædium regul. tenentur militibus ad Salgatum. | 7. Inquilini non tenentur. |
| 3. Quia est munus reale. | 8. Nec non agrorum vel vinearum possessores. |
| 4. Confirmatur LL. & Doctoribus. | 9. Idque probatur præjudiciis. |
| 5. Alii ad personale referunt. | 10. Nisi contrarium sit dispositum. |

II. AN

- | | |
|---|---|
| 11. An Nobiles Salgatum prestare debeant? | 37. Fallit si agros, vineas, &c. saltem possideant. |
| 12. Affirm. per rat. & LL. | 38. Praejudicio corroboratur. |
| 13. Fallit in possess. aedium liberarum. | 39. Num Licitor aedes sub hasta emtas possidens? |
| 14. prout Budiss. locus Der Burg Lehn dictus. | 40. Aff. addit. ration. |
| 15. nisi specialiter contrarium introductum. | 41. Num Emtor aedes ab omnibus oneribus liberas emens? |
| 16. Num Clerici ac Personae Eccles. | 42. Affirm. |
| 17. Aff. additis rationibus. | 43. Rectius negatur. |
| 18. 19. Limitationes traduntur. | 44. Num Usufructuarius aedium? |
| 20. Num res ac aedes ad Ecclesiam pertinentes? | 45. Affirm. |
| 21. Distingu. | 46. Resolvitur lex obst. |
| 22. 23. Exceptiones adduntur. | 47. Num Conductor? |
| 24. An Conductores aedium Ecclesiae? | 48. Aff. si modici sint sumtus. |
| 25. Num Professores in Academiis, Doctores Juris ac Med.? | 49. Neg. si immoderati, ut & si ordinaria ratione, |
| 26. Quid Jure Rom. obtineat. | 50. non ut inhabitatoribus imponantur. |
| 27. Distinctio nostra. | 51. 52. Limitat. |
| 28. 29. Limitationes. | 53. Num plures aedes possidens ratione cujuslibet teneatur? |
| 30. Num Consules ac Senatores? | 54. Affirm. |
| 31. Aff. sub condit. | 55. Num is qui immunitatem ab hospitacionibus & muneribus civilibus impetravit? |
| 32. De Jure El. Sax. & Brandenb. remissive. | 56. Affirm. |
| 33. Limitat. | |
| 34. Num Forenses? | |
| 35. 36. Aff. addit. ration. | |

§. I.

CApite praeced. egimus de his quibus Salgatum praestandum, 1.
nunc istas quoque personas, quae ad id praebendum tenentur, 2.
considerabimus. Non vero ambigimus, Salgatum ab omnibus
iis, quibus necessitas incumbit militem in domum suam recipiendi,
ac qui aedium sunt possessores, regulariter esse exhibendum, cum,
sicut metata & hospitaciones, ita & Salgami praestatio tanquam o- 3.
nus iisdem annexum, rectius ad onera realia & patrimonialia re-
fera-

4. *feratur, l. 3. §. 14. l. ult. §. 29. 30. ff. de mun. & hon. l. 11. ff. de vacat. & excusat. mun. MEV. P. 3. D. 72. n. 2. & 8. D. 96. n. 9. Hinc absque dubio ab ædium dominis est subeundum. l. 2. 3. 5. 7. 10. C. de mun. patrim. L. X. ROL. à VALLE V. l. Conf. 66. n. 3. NATTA Conf. 158. n. 7. & Conf. 409. n. 3. FAB. C. l. 9. t. 29. def. 9 n. 11. & def. 26 n. 1. CACHERAN. Dec. 95. n. 44. PETR. GREGOR. l. 19. Synt. c. 8. n. 8. & l. 18. c. 20. n. 2. CASP. ANT. THESAUR. *Quest. Forens. l. 1. q. 93. n. 7.* Quod etiam asserit B. DN. STRUV. *S. I. C. Ex. L. th. 66.* KLOCK. *de Contrib. c. 17. n. 206. seq.**
5. §. II. Alii Hospitationem ad munera personalia referre malunt, inter quos est BORNITIUS *de Ærar. l. 6. c. 3.* MAX. FAUST. *ab Alschaffenburg Conf. pro Ærar. Cl. 10. Conf. 51. Ord. 816. p. m. 503.*
6. RENATUS quoque CHOPPINUS errare vel saltem minùs confederatè loqui videtur, cùm *l. 1. de Priv. rust. c. 2.* in rubro capitis illius pollicetur, se ostensurum, quemadmodum rustici ab oneribus publicis personalibus excusentur: & tamen in nigro subjicit, quemadmodum ab hospitationibus militum excusentur, immemor ejus assertionis, quam *libr. 3. de Sacr. Polit. c. 2. n. 13.* proposuerat, ubi illud possessoribus verius, quàm personis convenire statuit. Verùm horum dissentientium sententia non immeritò rejicienda.
7. §. III. Soli itaque ædium domini ac incolæ verè tales hospitationem ac Salgatum militibus præstare tenentur: Non verò ii, qui hospitalitatem ipsi non exercent, putà inquilini, neque illi, qui ædes in civitate nullas possident, *die kein Feuer und Rauch halten/* neque ii, qui saltem aliquot agrorum fundos vel vineas possident, ad præstationem Salgami sunt obstrieti, prout inclytum Collegium JCC. Jenens. *mens. Majo 1637. in causa Johann Birckners / contra Senatum Erfordiens.* pronunciavit: *Daß Ihr zu Erstattung der Wachen/ wie auch Servis- und Tractament - Gelder / so einig und allein auff die Wohnungen der Häuser / mit nichten aber auff Aclern / Weinbergen und Buchhandel ihr Absehen haben / vom Rath alhier mit Fug und Bestand Rechtens nicht anzuhalten.* Eundem etiam in modum Consulenti Per-Illustri Regimini Waldecensi in causa quorundam zu Nieder Wildungen contra Senatum ibidem responderunt prælaudati JCCi *m. Dec. 1641. apud RICHT. D. 70. n. 55.* Es seynd Klägere / wenn sie kein Feuer und Rauch halten / Soldaten zu beherbergen / oder deswegen gleich den Einheimischen etwas

etwas in die Quartiere zu liefern/wie auch die heutiges Tages gebräuchliche Service/welche NB. die Hauswirthe zu geben pflegen/zu entrichten unverbunden. Et hoc regulariter procedit, nisi specialiter alicubi contrarium sit dispositum vel introductum, quemadmodum Dresdæ, tam ratione agrorum quàm vinearum præstandum esse Salgamum, ipse novi. 10.

§. IV. Stante igitur hâc thesi, quod pro munere reali ac patrimoniali præstatio Salgami habeatur, de Nobilibus quæritur, qui in civitate ædes vel hæreditatis vel emtionis aut aliô quôvis titulô comparatas possident, num hi præstationibus Salgami, perinde ac hospitationibus militum possint onerari? Affirmandum id utique, cum onera, quæ possessionibus & patrimonio indicuntur, ab omnibus sint subeunda, per l. ii. ff. de vac. & excus. mun. l. ult. §. 24. ff. de mun. & hon. Extat præterea textus expressus in Nov. 15. c. 6. in f. ubi dicitur: *Convenit unumquemque Nobilium semper functionem agere civitatum, quas inhabitat, & hanc eis conferre habitationis re-pensationem.* Quod cum de oneribus personalibus pronunciet Justinianus, quæ longè graviora sunt, multò magis ad onera patrimonialia pertinebit, quia persona dignior cunctis rebus. arg. l. 21. C. de SS. Eccles. TIRAQUELL. de Nobilit. c. 20. n. 165. seq. MEV. 7. D. 70. n. 1. seq. Vid. Autor. Des Rechtlichen Bedenckens über die Frage/Ob die von der Ritterschafft/wegen ihres AdelStandes einig Privilegium vor andern LandtStänden/sonderlich aber denen von Städten in Contributionibus zu pretendiren? 11. 12.

§. V. Fallit tamen hæc regula, si quis possideat ædes liberas ac loca specialiter privilegiata, (Freyhäuser) tunc enim non solum ab inhospitationibus militum, verùm etiam ab exsolutione Salgami est immunis. Sic in Patriâ meâ ac Metropoli Lusatix Superioris locus quidam, der BurgLehn/dictus, intra pomœria immunitatem hanc inter rigorosissimas hospitationum ac metatorum exactiones hæctenus conservavit. Hoc verò tum demum non procederet, si Dominus territorii specialiter constitueret, ut ne quidem ædes liberæ, aliaque ab hisce & similibus oneribus aliàs privilegiata loca oneri hospitationis & præstationis Salgami sint exemta, veluti apparet ex cit. Sereniss. Nostri Elect. Saxon. FRIDERICI AUGUSTI Rescripto. 13. 14.) 15.

§. VI. Quia Clerici ac personæ Ecclesiasticæ immunes sunt ab 16.

C

ab

- ab hospitalibus militum, per *Instr. Pac. Osnabr. art. 7.* negari
17. non potest, eos etiam à præstatione Salgami esse liberos, cum, si ejusmodi oneribus graventur, non solum dignitas Sacerdotis exempta confunderetur, uti loquitur Imp. in *l. 7. C. de Episc. & Cler. Add. l. ult. C. de excus. mun. L. X.* verum etiam à militibus impediti eorumque consortio gravati facile à functionibus suis avocarentur, *l. 1. & 2. C. de Episc. & Cler. ibique BRUN. CARPZ. Consist. l. 1 t. 7. def. 123. Vid. Churfürstl. Sächs. Kirchen Ordn. tit. von Immunitäten. §. Darneben sollen.* Quos propterea etiam specialiter excepit Sereniss. El. Saxon. JOH. GEORG. IV. in *d. Ord. mil. §. 6. in f.* nec non Modernus Elect. Sax. FRIDER. AUGUSTUS in *d. Rescripto de dato in Käyser Karls Bad. den 20. Maji, 1695.*
18. §. VII. Limitatur tamen hoc assertum (1) in ædibus Clericorum privatis ac propriis, ut & istis, quas separatim possident, harum enim respectu nihilominus tenentur ad ejusmodi onera, per *l. 3. C. de Episc. & Cler. ibique BRUN. n. 1. cap. 27. & 28. C. XI. q. 1. & cap. 22. C. XXIII. q. 8. REINK. de R. S. & E. l. 3. Cl. 1. c. 10. n. 15. CARPZ. Proc. t. 3. a. 3. n. 31. BOECKEL. in tr. de Jure hospit. c. 6. th. 4.* Quod etiam traditur in *d. Ord. milit. Elect. Sax. §. 6.* his verbis: *Sollen allseits nur von denen Häusern / welche Sie bewohnen / nicht aber von andern / so sie vermiethen / befreyet seyn.* Add. *Churfürstl. Sächs. Kirchen Ordn. d. §. Darneben sollen. ibi: für ihre Person / & postea: Und ihrer Erbgütter schuldige Frohn und dingliche*
19. *Pflicht durch andere umbs Lohn bestellen mögen.* (2) Si maxima urgeat necessitas, ac Laici supra modum onerentur, ut militibus recipiendis exsolvendoq; Salgamo ferè sint impares. *c. 4. & 7. X. de imm. Eccles. ibique GONZALEZ TELLEZ, FAB. C. l. 9. t. 29. def. 26. n. 9. MEV. 7. D. 144. n. 3. seq.*
20. §. IIX. Idem nunc quoque de rebus ac ædibus ad Ecclesiam pertinentibus propter paritatem rationis videtur dicendum, quod
21. sc. ratione istarum etiam Salgamum non sit præstandum. Verum nobis eorum opinio videtur verior, qui distinguunt inter ædes divino cultui sacratas, quales sunt Monasteria & alia pia loca, & inter possessiones Ecclesiarum seu ad Ecclesias tantum pertinentes, cum illæ ab omni omnino onere sint liberæ, per *l. 1. 11. & 35. C. de Episc. & Cler.* hæ verò, licet saltem generali gaudeant exemptione,
22. *l. 1. & 2. C. d. t.* Excipitur tamen (1) casus necessitatis & expeditionis

nis

nis cujusdam principalis, quo possessiones Ecclesiarum non tantum onera metatorum, sed etiam praestationem Salgami sufferre debent. *l. 5. C. de SS. Eccles. ibiq.* BRUN. *n. 3. l. 3. C. de Episc. & Cler.* CASP. ANT. THESAUR. *Quest. Forens. l. 1. q. 93. n. 4. p. m. 478.* GILKEN *in Comment. ad l. 11. C. de SS. Eccles.* GUEDELIN. *de Jur. Nov. l. 6. c. 13.* CHRISTIN. *V. 2. Dec. 9. n. 2.* KLOCK. *V. 1. Conf. 20. n. 5.* (2) Si res istae ad Ecclesiam cum isto onere pervenerint, ac, antequam cederent Ecclesiae, ejusmodi oneribus jam fuerint obnoxiae, quia quaelibet res transit cum suo onere. *c. 8. & 11. X. de Decim.* ROSENTH. *de Feud. c. 5. Concl. 80. n. 3.* CARPZ. *3. D. 263. n. 7. seq.* GAIL. *2. O. 52. n. 12.* AUG. BEROUS. *V. 3. Conf. 150. n. 19.* KLOCK. *de Contrib. c. 17. n. 206. in f. & c. 12. n. 74. & 84. & c. 19. n. 234.* ANTONIN. THESAUR. *Dec. 234. n. 6. seq.* NATTA *Conf. 158. n. 8.* SURD. *Conf. 262. n. 3.* 23.

§. IX. Hinc facile dijudicari potest, quid de asserto Canonistarum sit sentiendum, qui ad Conductores istarum aedium etiam exemptionem extendunt, damnata omni contraria consuetudine. PANORMIT. *ad c. 1. X. de Immun. Eccles.* VALENS. *in Paratitl. de Imm. Eccles. n. 3. vers. Secundo.* THESAUR. *Dec. 22. n. 1. 5. seq. p. m. 61. & Dec. 116. n. 8. p. m. 283.* 24.

§. X. An vero Professores in Academiis, Doctores Juris ac Medicinae a praestationibus Salgami aliisque oneribus hospitiorum causa impositis, perinde ac ab ipsis hospitioribus militum sint immunes, non immerito quaeritur? In Jure Rom. *l. 6. & 11. C. de Profess. & Med. L. X.* dispositum est, eos ultra hospitiorum ab omnibus functionibus, omnibusque muneribus immunes esse debere, ita ut non solum eximantur ab hospitioribus, sed & ab omni alio munere tam ordinario quam extraordinario; quod in Doctoribus Legum expressè voluit NATTA *Conf. 1. per tot.* & illos a subsidiis immunes esse, prout etiam Medicos in Consilio Delphinatus decisum testatur GUIDO PAPAE *quest. 388. seq.* quam opinionem etiam tenuisse videtur *Glossa in d. l. 6.* cum illam ultimo loco refert. Idque forsitan ideò, ne Doctores isti in suis studiis turbentur, & quod onus hospitiorum personalem quandam inferat vexationem, quae recipientis verecundiam laedere videtur, *juxta l. 8. C. de met. & Epid. L. XII.* unde & *hospitialis*, seu, ut alii legunt, *hospitalitatis* molestia appellatur. FAB. *C. l. 9. t. 29. def. 26. n. 5. per tot.* Puto tamen hoc in casu esse distinguendum atque perpendendum, utrum quaestio sit de hospi- 25. 26. 27.

hospitatione nudâ, prout antiquitùs militibus præstabatur, quæ nil nisi solam inhabitationem in domo tempore transitus ad expeditionem continebat, pro quâ nihil exhibebatur, de quâ *dict. l. 6. §. 11. C.* cum KLOCK. *de Contrib. c. 17. n. 239.* sunt intelligendæ: an verò quæstio sit de Salgamo, prout hodiè militibus præstatur: hoc enim casu dubitandum non est, eos etiam, non secus ac alios ædium possessores, ad id teneri. *THESAUR. l. 1. quest. 93.* ubi *n. 9.* ita à Senatu Pedemontano judicatum esse refert. *Vid. REINK. de R. S. & E. l. 1. Cl. 5. c. 4. n. 181. MEV. 8. D. 96. n. 8. KLOCK. d. tr. c. 15. n. 101. seq.* ubi in affirm. inclinatur, quam & nos de Jure veriore dicimus.

28. §. XI. Fallit tamen hoc assertum (1) si isti ex speciali quâdam causâ eximantur ab hoc onere. Sic in *d. Ord. milit. Elect. Sax. §. 6.* expressè excipiuntur die Professores auff Universitäten und ihre Wittwen / so keine bürgerliche Nahrung treiben / wie auch die Doctores, so publicè lesen und keine Kostgänger halten / welche allerseits von denen Häusern / welche Sie bewohnen / nicht aber von andern / so Sie vermiethen / befreyet seyn sollen. (2) Si possideant ædes liberas ac à Jurisdictione magistratus exemptas, nec non (3) isti, qui in ejusmodi locò privilegiatò ædes exstruere, ratione enim istarum Salgamum militibus præstare non tenentur, prout Lipsiæ ac alibi passim observatur.
30. §. XII. Quid verò de Consulibus, Senatoribus aliisque Civitatum Præfectis dicendum? suntne isti à susceptione militum, æq; ac à præstatione Salgami exempti. Eos ab ejusmodi oneribus esse liberos, cum invalescentibus turbis militaribus eorum curæ ac molestiæ augeantur, negari non potest, *per l. 5. §. 3. ff. de Jur. immun. Vid. ROL. à VALLE V. I. Conf. 66. n. 42.* Quod imprimis tunc procedit, si vel consuetudo talis in aliquò locò vigeat. *l. 5. §. 1. ff. de Jur. immun. ibiq; GOTHOF. n. 26. l. 11. ff. de Decur. l. ult. C. que sit long. consuet.* vel isti Rescriptò Superioris speciali immunitatem impetraverint. *l. un. C. de his que à Princip. vac. accep. ibique BRUN. n. 5.*
31. Quid in Elect. Saxon. hoc casu juris sit, traditur in *d. Ord. milit. §. 6.*
32. Quid verò in Elect. Brandenb. petendum est *ex cit. Ord. milit. de anno 1684. §. 5.*
33. §. XIII. Hoc tamen privilegium cessare putamus in casu extremæ necessitatis, *l. ult. C. de mun. patrim. l. 1. C. de Indiçt. OCTAV. CACHERAN. Dec. 36.* maximè, si necessitas sit tanta, ut ab aliis sustineri non

non

non possit, nisi perveniatur ad excentos. NATTA *Conf.* 275. n. 4. MARTA *de Jurisdic. P.* 4. *Cent.* 1. *Cas.* 9 n. 24. ROL. à VALLE *V.* 3. *Conf.* 80. n. 23. *seq.* GAIL. 2. *O.* 52. n. 26. & 28. MYNS. 4. *O.* 70. n. 6. CARPZ. 4. *Resp.* 75. n. 15. KLOCK. *de Contrib.* c. 14. n. 60.

§. XIV. De Forensibus, qui alicubi saltem ædes possident, 34.
quin ad exsolutionem Salgami teneantur, dubitandum non est, cum
etiam in simili de aliis oneribus, quæ ratione bonorum in eodem 35.
territoriò sitorum præstantur, idem sit constitutum, *arg. l. 4. §. 2. ff. de Censib. l. 6. §. 4. ff. de mun. & bon. l. 2. & 5. C. de mun. patrim. l. 3. C. de natur. lib. Nov. 89. c. 2. §. 3.* STEPH. BERTRAND. *Vol.* 3. *Conf.* 57. *tot.* ROL. à VALLE *V.* 1. *Conf.* 66. n. 24. ROSENTH. *de Feud. c. 5. Concl.* 80. ac ratione eorum non ineptè subditi istius magistratus, sub quo bona sita sunt, cum HIERON. SCHURFF. *Cent.* 2. *Conf.* 26. n. 2. & CARPZ. 4. *Resp.* 42. n. 8. dici possint. Nec etiam ullibi constitutum, 36.
ut forenses ab oneribus patrimonialibus & quæ possessoribus ædium imponuntur immunes esse debeant, ideòque firma manebit regula, quod omnis possessor ædium quæ talis, & sic etiam forensis, tam ad præstationem Salgami, quàm hospitiorum teneatur. FAB. *C. l. 4. t. 42. def. 6. n. 3.* imprimis, si in librò æstimi seu catastro civitatis sint descriptæ. MEV. 8. *D.* 96. n. 1. GAIL. 2. *O.* 52. n. 24. MYNS. 5. *O.* 22. quia per catastationem quasi contrahitur & inducitur obligatio personalis & realis. *l. 4. C. de agris & censit.* ac forenses hoc modò privilegio renunciassent & se oneribus ratione ædium istarum impositis aut imponendis subjecisse censentur. ROSENTH. *d. Concl. n. 2. lit. B.* atque ita celeberrimum Scabinatum Jenensem m. Dec. 1641. pronunciasse refert RICHT. *Dec.* 70. n. 49.

§ XV. Si verò Forenses non quidem ædes in civitate possideant, sed saltem agros, vineas, prata, &c. non immeritò à præstatione Salgami, perinde ac ab hospitatione militum sunt immunes; cessante quippe causâ, propter quam ejusmodi onus imponi solet, cessat etiam ejusdem effectus ac onus. Salgamum enim, cum sit munus patrimoniale ac ædibus inhæreat, à possessore istarum est præstandum, prout suprâ latius diximus: Qui igitur nullas ædes possidet, absque dubiò ejusmodi oneribus gravandus haud est. 37.
Secundum quam sententiam itidem pronunciarunt Domini Scabini Jenenses m. Jun. 1636. ac reum ad exsolutionem Salgami haud teneri judicarunt, qui saltem aliquot agros sub Jurisdictione magistratus loci, non verò ædes possidebat, *ap. RICHT. dict. loc.* 38.

39. §. XVI. Nec licitator ædes sub hastâ emtas possidens à præstatione Salgami se liberare potest, ex eò, quod ædes sibi nondum
40. sint judicialiter adjudicatæ. Juris enim indubitati est, onera realia ipsi rei inhærere, *arg. l. 7. ff. de publ. & vectig.* ac ad possessorem tam commoda quàm incommoda & onera spectare, *l. 13. ff. de Impens. in rem dot. fact. l. 13. C. de act. emt. vend. ibiq;* GOTHOFR. *lit. g.* adeòque, quemadmodum perfectâ emtione venditione omne periculum ad emtorem spectat, ita etiam Licitator iste onera & incommoda rei emtæ sufferre tenetur, etiamsi per adjudicationem res ipsa nondum fuerit tradita. *Vid. CARPZ. P. 1. Const. 32. def. 50. n. 1. seq.*
41. §. XVII. Quid verò dicendum, si ædes absque omnibus oneribus (wie Sie Mahmen haben möchten) liberæ vendantur, perfectâ autem emtione venditione traditisque ædibus, Magistratus præstationes militares, *Den Servis*, exigat ab emtore, quas tamen emtor solvere renuit, ac ædes sibi ab omnibus oneribus liberam venditam esse contendat, num ea propter ab istis erit immunis, vel saltem
42. venditorem ad evictionis præstationem convenire potest? Videtur quidem primò intuitu, emtorem ab istiusmodi oneribus esse liberum ex conventionem, ac venditorem istorum nomine ad evictionem teneri, & ut rem emtam absque omnibus oneribus liberam præstet, talem sc. qualem vendidit, *l. 6. C. de evict.* Siquidem qui universaliter quid affirmat, dicendo (*Omnia*) nihil excludere censetur. *c. 1. dist. 19. l. 68. pr. legat. 3. ibiq;* GOTHOFR. *n. 66.* PANORMIT. *inc. ult. X. de prescript. n. 15.*
43. Contraria tamen verior est sententia. Præstatio enim evictionis non nisi pro oneribus ignotis & occultis venditori injungitur, *arg. l. 27. C. de evict. SALICET. in l. 6. C. eod.* qualia dici non possunt, hæc & similia quæ publicâ lege indicuntur, *CARPZ. 4. Resp. 79. & P. 2. C. 34. def. 20. n. 2. seq. MEV. 3. D. 180. BRUN. 1. D. 31. B. Dn. STRUV. S.I.C. XXVII. 24.* Nec pactò fieri potest, ut venditor emtoris nomine onus sustineat, cum fundus, adeòque etiam ædes sine onere comparari non possint, *l. 1. C. sine cens. vel reliq. l. 2. 3. C. eod. ibiq;* BRUN. *l. 42. ff. de Pact. l. ult. C. de fund. rei priv. ibiq;* GOTHOFR. *n. 49.* Neque in potestate venditoris est, emtorem etiam ab oneribus novis liberare, quæ ut plurimum pro necessitate publicâ imponuntur. *BARTOL. in l. 1. C. de mulier. in quo loc. mun. serv. GAIL. 2. O. 52. n. 10.* ac juxta *Nov. Dec. El. Sax. 65.* ejusmodi pactum adeò est nullum, ut ne quidem emtor evictionis nomine contra venditorem habeat regressum. *PHILIP. ad d. Dec. Obs. 2.*

§. XVIII.

§. XVIII. Expediti quoque juris est etiam onus exsolvendi 44.
Salgamum, non secus ac inhospitandi milites ad Usufructuarium,
ædium pertinere, cum in usufructu simplici & hospitium & onera 45.
hospitio annexa sequantur usufructuarium, *arg. l. 13. ff. de Impens.
in rem dot. l. 28. ff. de usu & usufr. leg. ibiq.* GOTHOFR. n. 17. quia
nimirum ad istum tam commodum, quam incommodum redunda-
re debet, *l. 9. pr. ff. de Usufr. H. PIST. P. 1. q. 46. n. 33. JOH. DEL CASTIL-
LO de Usufr. c. 56. n. 14. FRANC. VIVIUS Dec. 535. n. 8. B. Dn. STRUV. 46.
S. J. C. XII. 24. CARPZ. P. 1. C. 32. def. 50. n. 6. & P. 3. C. 16. def. 12.*
Nec obstat *l. 32. inf. ff. de usu & usufr. leg.* Loquitur enim textus
ille de usufructu partis bonorum legatō, quō casu non tantum æs
alienum, sed cuncta, quæ locō æris alieni sunt, ex bonis deducuntur,
& ex residuō demum pars illa bonorum fruenda præstatur. *Vid.
FAB. in rat. de id. ad l. 27. §. 3. ff. de Usufr.*

§. XIX. An idem de Conductore sit dicendum, ita ut & ille 47.
Salgamum militi præstare teneatur? dubium videtur. Dicendum
tamen, quod regulariter ejusmodi sumtes, si modici sunt, ipse con- 48.
ductor erogare teneatur. *l. 15. §. 2. ff. locati ibiq.* BRUN. n. 21. *l. 25.
§. 6. ff. eod.* FRANZCK, *ad tit. Locat. n. 173.* Et ita à Scabinis Lipsi-
ensibus pronunciatum esse tradit FRITSCH. *tr. de transit. milit. c. 12.
in f.* Secus verò, si sint immoderati, tunc enim locator ad refusi- 49.
onem istorum est obstrictus, nec non eō in casu, si ordinariâ ratio-
ne sumtus hi distribuantur, quod fit, cum stativa tractum aliquem
temporis habeat, tunc enim ipsum fundi ac ædium dominum, tan-
quam onus reale & patrimoniale, quod eum sequitur, qui fructus
suo jure percipit, rei que mercedem accipit, onerant, & non condu-
ctorem. *l. 3. §. 14. l. f. §. pen. ff. de mun. & hon. l. 3. C. de mun. MEV.
2. D. 90. n. 6. CARPZ. P. 2. C. 37. def. 15.* idque præjudiciō corrobo-
rat RICHT. *D. 70. n. 34.* Quia nimirum ratione horum onerum
conductorem omninò indemnem servare tenetur locator, quippe
qui, eō ipsō, dum mercedem accipit, in effectu fructus rei locatæ
percipere censetur. *l. 36. l. 19. ff. de usur. ideoquē meritò detractio-
nem pensionis pati cogitur. l. 7. ff. de publ. & victig. ROL. à VALLE
V. 4. Conf. 79. n. II. MEV. 6. D. 74. n. 4. GARS. de Expens. c. 14. n. 19.*
Si verò ejusmodi onera ut inhabitatoribus indicuntur, tunc ea con- 50.
ductor ut incola sustinere debet, quoniam non intuitu rei sed per-
sonæ imposita censentur. *MEV. 2. D. 90, n. 8.* Si tamen non appa- 51.
reat,

- reat, quo intuitu facta sit indictio, commune utriusque onus esse æquitas suggerit. *Eleg. MEV. in Rechl. Bedencken von denen Pensionariis, quest. 4. per tot.* ubi fusius de onere militaris hospitalitatis sustinendo, & num locatori an conductori conveniat? differit.
52. Nisi certæ de hujusmodi oneribus ferendis reperiantur conventiones, quas propterea contractui addere consultum esse tradit. *Dn. STRYK. de Cautel. Contract. Sect. 2. cap. 9. §. 23. p. m. 342.*
53. §. XX. Ex antea dictis facile decidi potest dubium, si quis duas aut plures in urbe possideat ædes, an ratione cujuslibet teneatur, tam ad inhospitalitatem militum, quam ad præstationem Salgami? Neg. id quidem videtur, cum duplici onere nullus gravari debeat. Verum, quia hoc onus reale cuilibet fundo ac ædibus inhæret, ratione cujuslibet domus & fundi præstanda est hospitalitatio ac Salgamum, *juxta Nov. 17. c. 8. BODIN. de Rep. lib. 6. c. 2. THOLOSAN. de Rep. T. I. l. 3. c. 5.* Atque hoc ipsum non obstante contradictione Cujusdam in praxi observatum esse, ipse scio.
54. §. XXI. Ultimò quæritur, annon is, qui immunitatem ab hospitalibus militaribus & muneribus publicis generaliter impetravit, daß er von allen Einquartirungen und bürgerlichen Oneribus und Beschwerden frey seyn solte / ad Salgami præstationem aliaquæ onera, quæ ratione ædium debentur, à Senatu Civitatis possit adstringi? Afferendum id putamus, quia concessio immunitatis non parum incommodi tum Reip. tum Concivibus infert, ac propter id odiosa est, nec facile præsumitur, sed potius ea interpretatio est capienda, quæ immunitatem ad personalia restringit. *l. f. §. 24. ff. de mun. & hon. l. 3. C. de mun. patrim. CACHERAN. Dec. 95. n. 50.* inprimis cum hoc privilegium simpliciter civilium onerum Derer bürgerlichen Beschwerden / & oneris hospitandi mentionem faciat, nihil verò contineat, quod immunitatem quæ cætera onera realia ac similia tribueret, ideòque ad similia onera non est extendendum, sed privilegiatus nihilominus ad Salgamum militibus præstandum cogi potest. *Vid. MEV. 9. Dec. 23.*

CA-

CAPUT IV. DE MODO EXIGENDI AT. QVE SOLVENDI SAL- GAMUM.

SUMMARIA.

- | | | |
|--|---|--|
| <p>1. <i>Connexio materia.</i></p> <p>2. <i>An à volentibus hospitibus accipere aliquid liceat?</i></p> <p>3. <i>Neg.</i></p> <p>4. <i>Ratio traditur.</i></p> <p>5. <i>Exceptio.</i></p> <p>6. 7 <i>Casus Dd. singularis notatur.</i></p> <p>8. <i>Christinæi querela.</i></p> <p>9. <i>nec non Luc. de Penna.</i></p> <p>10. <i>ut & Manzii.</i></p> <p>11. <i>Thesauri consilium.</i></p> <p>12. <i>Hospes militi ultra Salgamum aliquid præbens sibi præjudicat.</i></p> <p>13. <i>Confirmatur præjudiciis.</i></p> <p>14. <i>Hospiti recipienti milites in diversorium jussa Magistratus ratione eorum, que præter Salgama iisdem dedit, num competit contra magistratum actio?</i></p> <p>15. 16. <i>Neg. sub distinctione.</i></p> <p>17. <i>Miles plus exigens, quàm isti debetur, pœnâ afficiendus.</i></p> <p>18. <i>tàm de Jure mil. Brandenb.</i></p> <p>19. <i>quàm Gallic.</i></p> <p>20. <i>Milites in hospitibus comiter se gerere debent.</i></p> | <p>21. 22. 23. 24.</p> <p>25.</p> <p>26.</p> <p>27. 28.</p> <p>29.</p> <p>30.</p> <p>31.</p> <p>32.</p> <p>33.</p> <p>34.</p> <p>35.</p> <p>36. 37.</p> <p>38.</p> <p>39.</p> <p>40.</p> <p>41.</p> <p>42.</p> <p>43.</p> | <p><i>Id probatur ex variis Ordinat. militar.</i></p> <p><i>Neg. offendere debent hospitibus familiam.</i></p> <p><i>Pœna in Jure milit. Holland.</i></p> <p><i>ac Suecio & Suevico.</i></p> <p><i>Aliàs graviter puniendi.</i></p> <p><i>Allegatur præjudicium.</i></p> <p><i>Num hospites à præstatione Salgami se liberare possint?</i></p> <p><i>Neg.</i></p> <p><i>Aff. rectius.</i></p> <p><i>Respondetur ad contraria.</i></p> <p><i>Ratione præstationis Salgami num hospiti, an militi competit electio?</i></p> <p><i>Quid Jure Elect. Sax. obtineat?</i></p> <p><i>Quid Jure El. Brandenb.</i></p> <p><i>Quenam proportio circa impositionem & exsolutionem Salgami sit observanda?</i></p> <p><i>Geometrica proportio.</i></p> <p><i>Corroboratur Rescript. El. Sax.</i></p> <p><i>Id quoq; æquitas suadet.</i></p> <p><i>Conclusio materia.</i></p> |
|--|---|--|

D

S.I. Ut

1. **U**T ad prisca redeamus tempora, ubi Salgami usus erat abolitus, aut etiam ad illas Provincias accedamus, in quibus eadem prohibitio hodiernum viget, quæri posset, utrumnè à volentibus saltem
2. hospitibus accipere aliquid permittatur, quod militibus offertur?
3. Expressè hoc negatur in *l. un. C. de Salg. hosp. non prest.* quæ ne quidem à volentibus hospitibus aliquid recipere concedit; quin & ipsis quoque præbentibus impunitum esse non patiuntur Imppp., si quid spontè probati fuerint obtulisse, in *l. 5. C. de metat. & epidem.* Add. textus similes in *l. un. C. de Strator. L. XII. l. 16. C. si cert. petat. l. 1. C. de mptu virg.* KLOCK. *de Contrib. c. 17. n. 208.* CHRISTIN. *V. 5. Dec. 127. n. 12.*
4. Idque forsitan ex hâc ratione tam severè prohibuerunt Imppp. quia compertum erat, concessionem unius digiti apud milites plus æquo sibi indulgentes & licentiæ adfuetos, operari plerumquè solere apprehensionem totius, quod Germani ita exprimunt: **Wenn man Ihnen einen Finger erlaubet/ so nehmen Sie die ganze Hand.**
5. §. II. Excipiunt autem Dd. casum, ubi ab amico hospite vel cognato aliquid datur: Sic enim inhumanum esset, Salgamum oblatum non accipere, cum hîc nulla subsit extorsio vel concussio, quam lex vetat, PLATEA *ad d. l. un.* ac præterea potiùs ex affectione, quàm concussionis metu datum sit præsumendum, *arg. l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. repet.* CHRISTIN. *V. 5. Dec. 144. n. 15.*
6. §. III. Notant quidem Dd. hanc legis dispositionem tanquam admiratione dignam, quippe cum liceat alicui largiri quicquam de suo ad libitum & voluntatem, quia quilibet rei suæ est moderator & arbiter, *l. un. C. de Thesaur. l. 21. C. mand. l. 9. C. de Judais.*
7. Ast id mirum videri non debet, cum sæpius factum aliquod, v. g. donatio, per se quidem possit esse licitum, sed respectu causæ turpis fiat illicitum. *l. 4. ff. de cond. ob turp. caus. ibiquè GOTHOFK.* ac in præsentî casu principalis prohibitionis causa hæc erat, ut militibus occasio sceleratæ exactiõis præcidatur, adeoq; justissima omninò habenda est hæc Constitutio ac regulis æqui quàm maximè conveniens.
8. §. IV. Hoc igitur probè contra milites nostri temporis notandum esse putat CHRIST. *V. 5. D. 139. n. 10.* quippe qui indies impunè contrarium faciunt, & præter commoditates utensilium, etiam esculenta & potulenta, aliaque sexcenta ad abundantiam & satieta-
9. tem provincialibus extorquent. Hinc LUCAS de PENNA *ad l. 5. C. de*

de

de met. & epid. scribit, illam legem valdè quidem esse pulchram & bonam, sed ob neglectum justitiæ & militum nequitiam malè servari. Idem quoque PENNA *ad l. 6. C. d. t.* conqueritur, hanc legem suò tempore Teutonicos & Neapolitanos pessimè observasse, non modò à dominis ædium balnea contra expressam legis prohibitionem postulasse, sed & luminaria & quæcunque utilia nedum exegisse, quin potiùs rapuisse ac extorsisse. *Vid. ROL. à VALLE V. I. Conf. 66. n. 2. 10. 58. seq.* Sed, ò bone Penna, inquit MANZIUS *ad d. l. n. 59.* quid scripsisset tua penna, si modernos vidisses milites, non tantùm luminaria & alia, quæ concernunt *les Services*, ac sub iis etiam largè acceptis comprehenduntur, petere, verùm etiam cibaria delicatiora, splendidam ac gratuitam alimentationem, amplam in super paratæ pecuniæ summam, exoticas species, aliaque gulæ irritamenta in regione illâ forsan non parabilia. Benè itaque notat THESAUR. *lib. 1. quest. forens. 93. n. 11. p. m. 481.* ne extortionibus militum, volentium sibi Salgami nomine solvi pullos gallinaceos, aliasque res, hospites graventur, moderatam specierum Salgami taxam esse conficiendam.

§. V. Quod si tamen fortè hospes, ut pace domesticâ & tranquillâ rerum suarum administratione frui possit, pactus fuerit cum milite, ipsique aliquid præbuerit, id ipsum, tanquam res inter alios gesta, præjudicare aliis ac nocere non debet, cùm tertius ex hâc conventionem nihil commodi sentiat, nec propterea damnum ad ipsum spectet. *l. f. §. 3. C. de furt. l. 10. ff. de R. I.* Hinc si quis ratione Salgami quid promisit, id solus etiam extra damnum tertii præstare tenetur. *l. 12. C. de annon. & trib.* Uti in Dicasterio Jenensi mens. Jul. & Octobr. 1635. nec non m. Decembr. 1641. responsum esse testatur RICHT. *D. 70. n. 57.*

§. VI. Illud adhuc restat dubium, si præter Salgama militibus debita hospitati ampliùs quid exigant & non refundant, an hospiti contra Civitatem ejusquè magistratum, ob Officiales bellicos in diversorium ex jussu aut assignatione receptos, wenn Sie dieselbe in die bloße Herberge gewiesen / istò nomine competat actio? Neg. cùm ibi nulla sit actio, ubi nullum est debitum. *l. 5. C. de pact. cond.* Nec ex hospitem injuriâ contra civitatem datur actio, sed hospes sustinere cogitur istud damnum tanquàm casum fortuitum: neq; etiam subest obligatio quædam, nisi initium habeat ex personâ

16. obligati l. ii. ff. de O. & A. Et hoc procedit, si à magistratu nihil aliud assignetur, quàm onus hospitandi; secus si ultra tendat intentio aut assignatio. *Eleg. MEV. 3. Dec. 63. per tot.*
17. §. VII. Non tamen impunè ferent milites proterviam suam, si ultra id, quod ipsis debetur, ab hospitibus exegerint, sed poenâ
18. pro qualitate delicti sunt afficiendi. Sic *Elect. Brand. in d. Edict. mil. §. 3.* ita disposuit: Es soll der Soldat nicht allein zur restitution angehalten / sondern noch darüber mit gebührender Straffe angesehen werden / auch sollen die Contribuents befugt seyn / was zur Ungebühr erhoben / an dem assignirten Quanto zu decurtiren.
19. Rex verò modernus Gallie in *Ord. milit. de dato Paris. d. 22. Nov. 1665. §. 20.* poenâ capitali eos afficiendos esse, expressè mandat.
20. §. IIX. Milites igitur Salgamo non solum contenti, sed etiam in assignatis hospitibus comiter ac pacificè se gerere debent, juxta
21. *MAXIMIL. II. Artic. milit. a. 52. FERDIN. III. a. 58. LEOPOLDI Imp. Nostri a. 27.* ubi ita disponitur: Keiner soll bey Verlust seines Lebens seinem Wirthe Gewalt zufügen. Rex Gallie in *d. Ord. milit. art. 19.* militibus injungit, daß Sie von ihren Wirthe nicht mehr als die Verpflegung fordern sollen / adjectâ poenâ, denen Officirern bey verdienter Straffe / denen Soldaten aber bey Lebens Straffe.
22. Nec non Rex Suec. in *artic. mil. a. 71. & Rex Dan. a. 108. seq.* Quod etiam *Sereniss. Elect. Saxon. JOH. GEORG. III. p. m.* constituit in *Artic. milit. de dato Budisin auff dem Schloß Ortenburg am 20. Dec. st. n. 1680. art. 16.* in verbis: In denen Quartiren soll sich ein jedweder der Gebühr nach bezeigen / weder gegen den Wirth und dessen Leute sich einiger Gewalt und Unbefugnuß gebrauchen / noch auch ein anders als Ihm würcklich assigniret / eigenthätig einnehmen / auch sonst sich darinnen dergestalt verhalten / wie es Ihm obliegt / oder gehöriger Straffe unnachlässig zu gewarten haben.
23. Cum quibus etiam convenit *Jus milit. Brand. art. 53. 54. Holland. a. 57. Duc. Brunsv. Lunab. a. 83. Duc. Slesvicens. a. 77. 78.*
24. §. IX. Caveant itaque milites, ne hospitem ejusque familiam ac ministros lædant, aut plagis vel aliis injuriis afficiant.
25. Ejusmodi enim malefico in *Jure milit. Holland. art. 18.* hæc constituta

tuta

tuta est poena, ut primâ vice solò pane & aquâ per dies aliquot
pascatur : alterâ vice, militiâ exuatur. Quodsi verò strictò gla-
diò sanguinem effuderit vel aliquod membrum excusserit, manus
ipsi amputetur. Jus milit. *Suec. tit. 16. art. 71. 72.* ita disponit : 27.

Daß der Soldat / so seinen Wirth / Wirthin oder dessen Gesinde
schläget / stößet / oder muthwillig und vorseylicher Weise plaget /
über die Gebühr beschweret und vergewaltthätiget / soll das erste
mahl drey Tage lang in Eysen geschlossen und mit Wasser und
Brodt gespeiset ; Zum andern mahl aber soll Er dem Wirth o-
der Wirthin Abbitte thun / auch hierauff mit dem Sassenlauffen
gestraffet werden ; Da Er aber am Leibe Schaden zufüget / soll
Er auff Erkântnuß seines Regiments Gerichts / und nach des zu-
gefügeten Leibes Schaden Beschaffenheit entweder mit Verlieh-
rung der Hand oder andern leiblichen Straffe belegen werden.
Quibus respondet etiam Jus milit. *Suev. art. 60.* 28.

§. X. Alia quoque si perpetrentur delicta à militibus, pro
qualitate eorundem ipsis poena in Legibus militaribus definita in-
fligi solet. Sic refert CASP. MATTHIAS SCHWARZE in *Decis. milit.* 29.
sententiam Vebrae d. 16. Jan. 1669. latam, daß Herman Oldendorff
wegen der an seinen Wirth / Tonjes Besten / in Quartier verrich-
teten Entleibung mit dem Schwert vom Leben zum Tode hinzu-
richten. Plura hîc recenseri possint exempla, quæ tamen studio
prætermittimus. Add. JOH. FERDINAND, BEHAIMB. Miles
delinqu. 30.

§. XI. Non verò est ambigendum, quin hospites à præsta- 31.
tione Salgami moribus se liberare possint, si eâ de causâ certam
pecuniam militibus exhibeant. Quamvis enim nulli militum pro 32.
annonis, quæ in Provincia delegantur, repudiata ad tempus speci-
erum copiâ, & inopiæ occasione captata, pretia liceat postulare, ita
ut si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit,
& postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxaverit,
neque id, quod contra legem expetit, exigere, neque id, quod acci-
pere dissimulaverit, consequi ipsi liceat, veluti expressè sancitum
in *l. 7. C. de erog. mil. ann. ubi GOTHOF. n. 43. id quod & Zeno Im-*
perator præcepit, abrogans Epidemeticam, i. e. collationem pecuniæ
(juxta Nov. 134. c. 1.) in l. ult. C. de met. & epid. & interdicens Præ-
sidi, dum Provinciam obit, hâc specie aliquid exigere à Provincia-
libus

- libus, ne aliquos hospitio gravet, ut alios exoneret : quò etiam collimant *l. ult. C. quemadm. civ. mun. Nov. 43. & 130.* His tamen non obstantibus, hospitem cum milite ratione hospitalitatis ac Salgami pacisci posse, ita ut hic, acceptâ pecuniâ, hospitio renunciât, ac alibi tectum quærat, sibi que met ipsi prospiciat, rectè probatur *arg. l. 9. C. de met. & epid. l. 13. & 15. C. de erog. milit. ann.* ac hodiè nihil magis usu receptum esse novimus, quàm ut locò hospitii militibus præstetur *das assignirte Quartier und Service Geld.* Textus verò obstantes de concussione saltem ac extorsione illicitâ agunt, non verò de moderatâ oblatione. *Vid. JOH. OTTO TABOR de met. & epid. P. 2. c. 5. n. 8. PEREZ. ad C. t. de met. & epid. n. 8.*
35. §. XII. Sed cuinam hâc in parte competat electio, militi an
36. hospiti, quæritur? *Sereniss. Elect. Saxon. in d. Ord. mil. §. 7.* utriusque mutue conventioni id relinquit, his verbis : *Es bleibt so wohl dem Wirthe / als auch dem Soldaten frey / ob er ein Theil des Services / oder alles umb angesetzten Preiß bezahlen oder annehmen will.* Aliter verò disposuit *Sereniss. Elect. Saxon. modernus FRIDERICUS AUGUSTUS in Rescripto ad Senatum Deesdensem de dato in Kaysers Karls Bad / d. 20. Maji 1695. circa fin. per verba :* *Das denen Bequartirten frey stehe / entweder die Officirer oder Gemeinen / so auff Sie die Billets empfangen / in ihre Häuser einzunehmen / oder aber Dieselben mit Entrichtung deßen / was Ihnen sonst ex cassâ an Quartier und Service Gelder biß dato gereicht worden / abzufinden / welchen letztern falls Sie / die Officirer und Gemeine schuldig seyn sollen / solches Geld anzunehmen / und sich selbst davor / wie vor dem geschehen / einzumietzen.* Quibus
38. *Sereniss. Elect. Brand. tribuat electionem, apparet ex d. Edict. milit. §. 3. ubi hæc habentur :* *Weil die Servicen im Gelde für die Officirer mit angewiesen werden / so bleibt zwar in der Contribuenten Willkühr / ob Sie dieselbe in naturâ prestiren / und das Geld einhalten wollen / & paulò post §. 6. Hierinnen bleibt die Wahl dem Wirthe.*
29. §. XIII. Ultimo demum loco, quænam proportio circa impositionem ac exsolutionem Salgami sit observanda, dispiciemus?
40. Justam ac æqualem debere esse Salgami præstationem secundum proportionem Geometricam ac secundum quantitatem patrimonii & facultatem uniuscujusque possessoris, *l. 2. C. de ann. & trib. L. X.*

non

non immeritò asserimus, ex eò, quod semper respectus habeatur bonorum ac ædium, quas quis possidet. ROL. A VALLE. V. I. Conf. 66. u. 15. 50. seq. Id quod expressè jubet Sereniss. Elect. Saxon. in Rescript. ad Senatum Dresdens. de dato d. 4. Dec. 1695. Sie sollen auff einen zulänglichen modum, wie diese Abgabe auf einen gleichen Fuß/ und zwar nicht nach der Anzahl / sondern nach den Werth der Häuser zu setzen förderlichst bedacht seyn. Facilius enim toleratur onus, quod in plures dividitur & à pluribus exsolvitur. BALD. V. 5. Conf. 410. in f. ubi dicit, cavendum esse, ne onus, quod debet esse multorum, pauci ferant, aliis sublevatis, per l. actores. 4. C. de exact. tribut. L. X. & quod nemo cogatur plus solvere, quàm ipsum tangat. RUIN. V. 5. Conf. 107.

§. XIV. Plura ad hanc rem spectantia me studio omisisse fateor. Sufficiant hæc, quæ quasi in compendio pro instituti ratione de insigni hâc materiâ diximus, ulteriorem explanationem & deductionem in aliud tempus reservantes. DEO interim TRIUNO immortales agimus grates, pro concessâ hactenus gratiâ ac Studio- rum directione clementissimâ, quæ, ut ulterius in Sui gloriam ac Proximi salutem dirigere velit, submissè obnixèque rogamus. Sit igitur in æternum

SOLI DEO GLORIA.



Ad
Nobilissimum atque præclare Doctum
DOMINUM
JOHANNEM CHRISTIANUM
SCHRAMMIUM,
JURIUM DOCTORANDUM DIGNISSIMUM

cum
Inauguralem suam Disputationem
DE SALGAMO

eruditè conscriptam cum laude
defenderet

Distribuis justa castris jam SALGAMA
lance:

Distribuetq; Tibi SALGAMA diva
Themis.

applausus votivus

PRÆSIDIS.

In eruditam singularis argumenti
DISPUTATIONEM INAUGURALEM

Nobilissimi Consultissimique Dn. Candidati

SCHRAMMI

acclamatio votiva.

Quàm benè condita exponis tua SAL-
GAMA! multos
tam sapidò pasces, alliciesq; cibò.

Supremis honoribus feliciter adclamat

ADRIANUS BEIERUS. D.P.P.

345780

Hinweise

Signatur	3 A 5180	Stok	<i>[Handwritten mark]</i>
----------	----------	------	---------------------------

RS

Bub *H*

AK *[Handwritten mark]*

Titelaufn. *[Handwritten mark]*

AKB

FK

Militärwesen

13.3.

27

Bio K

Bild K

SWK

Sonderstandort

Signum

Ausleihervermerk

III 9 280 Jd G 80/76

